

CLANGOR

sunt omnia metalla vt dicunt Philosophi. Versus.
Est in Mercurio quicquid quærunt sapientes.
Nam sub vmbra sua viget hæc substantia quinta,
propter hoc, quia sua media substantia est incõbu-
stibilis, vt dicit Geber, Quia oīs res huius artis est
nisi de eo, & cū eo, quia omnis tinctura a suo simili
procedit scilicet a Mercurio. Dicunt philosophan-
tes: Huius autem famose scientiæ radicalia principi-
pia, super quæ ipsa fundat sunt ista scilicet, Quædã
materia vel substãtia ppria argenti viui et sulphu-
ris fumosa & subtilissima, ex natura prædictorum
scilicet argenti viui & sulphuris per nostrum arti-
ficium generata, limpidissima & clara, tanquam
lachryma, in qua latet & habitat spiritus quinte es-
sentia. Non autem est substantia ista ipsum sul-
phur, nec ipsum argentum viuum, prout sunt in
natura sua in mineris suis, sed est quædã pars isto-
rum scilicet duorum, quæ non sunt argentum vi-
uum neq; sulphur vt dicit Geber. Quæ substantia
prædicta fumosa & volatilis in propria substantia
existens in aliam quam argenti viui & sulphuris
naturam fixam & firmam, quæ est ignem paciens
& ipsum non fugiens, sed in eo perseverans figi-
tur et mutatur. Vel quæ prius per decoctionem
temperatam et continuam per magisterium hu-
ius scientiæ cum alijs ad hæc conuenientibus conge-
latur in lapidem fluentem, figentē, tingentem, et in
igne

*Materia
philosopho-
rum.
Substantia
fumosa.*